



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||  
Secretarii Opervm ||**

**Poggio Bracciolini, Gian Francesco**

**Argentinae, 1513**

**VD16 ZV 12623**

Cosmo de medicis consolatoria pulchra

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14341**

Pro capti-  
uorum res-  
demptione.

pedior non solum dolore/sed & lachrymis ne sim longior: referens mētem ad eos  
rum pro quibus intercedo iniquam vicem. Verfatur em̄ ante oculos cōfecti mo-  
roris parentis ingens moeror/afflicte uxoris turpis squalor/mœstus luctus filij in-  
foelicis: quibus nihil præter turpem & odiosam vitam reliqui superest. Parenti de-  
cem/filio quadraginta florenorū redemptionem alcripsere/ gratiam & supra vi-  
res eorum: quorum calamitati nulla nisi spirandi / flendiq; ac plangendi facultatē  
crudelitas militum reliquit. Et nisi aliquorū misericordia eis opituletur / in carcere  
& cōpedibus misere pereant licebit. Hos tibi maiorem imodum cōmendo tanq̄  
ip̄m me. Si quid mihi pro cōiunctione cōmuniū studior; quæ plurimū valere cō-  
fuevit: si quid mihi gratum ex tua humanitate/ aut acceptū cupis facere: rogo ob-  
testorq;: ut in his liberandis labores: agasq; ut q̄ minimo redimant. Si quid mee  
preces apud te valent: si quid te pietas mouet/ etiam atq; etiam oro: ut hor; mīer-  
simorū curam suscipias: efficiasq;: ut bonis omnib; eueris/ summa inopia ac men-  
dicitate opp̄ssi/ tua ope atq; opa extremā sortem eua dant: ne in vinculis viles ani-  
mas exhalent. Id facile consequent/ si egeris ut paruo redimant: & id parum quic-  
quid futurū sit/ a me proficiat oportet. Assume ad hanc rem tecum si opus tui-  
rit dñm Petrum: quem confido tibi assuturū/ cum me diligit. A te peto ut mihi re-  
spondeas quid agere hac in re possis: vel potius quid egeris. Scio te em̄ posse velo-  
le non diffido. Sed festinatione opus est: ne illi trahendo ip̄s male crucient. Vale.

Poggiius florentinus Cosmæ de Medicis S.D.P.

Consolato-  
ria pulchra

Quamuis hic tuus grauissimus casus maior sit q̄ ut verbis cōsolari possit/ hoc  
minis præferim imprudentis atq; indocti: a me amor in te meus singularis requi-  
rit: ut etiam si mea culpa id qd cupio minus fuerim cōsecutus: malui tamē culpam  
abs te imbecillitatē ingenij/ q̄ amicitie officij requiri. Cum audierim sapient; par-  
ua quædā momenta quandoq; ad res maximas plurimū cōtulisse. Non sum dñi  
sus animo: quicquid id futurū sit qd a me proficiat: & si non levationē molestia-  
rum/ at saltem legendo consolatōem tibi aliquā allaturum. Accepisti obsecram  
fortunę iniquitatem ( hanc em̄ culpam impune licet ) gratem facturam dignitatis  
tue: qua in re licet ea sapientia atq; animi virtute te semp præditū esse p̄p̄exerim  
ut quę ceteri grauitē & iniq;e ferunt/ tibi ob singularem animi magnitudinē les-  
uia viderent: tamen ex tanta rerum cōmutatione vereror: ne ut homines solent/  
maiori aliqua egritudine cōmouearis. Itaq; si adhibes nobis animū constantē &  
excelsū/ atq; huiusmōdi fortunę tela despicientē: si plus roboris in virtutis p̄sidio  
q̄ in bonis fortuitis cōstituis: sicq; ea non pluris existimas/ q̄ quanti sint a virtis sa-  
pientibus iudicanda: gratulor admodū tibi: qui ea sapientia existis ut aliena non  
egeas consolatione. Sin vero quoniā te natura hominē genuit: plusculū te contu-  
bant hæ subite rerum ac temporū varietates / tēpestateq; fluctuum: quibus etiā  
quandoq; viri clarissimi succubuerunt: in aciem tibi rationis est confugiendum/  
extimant in primis: nihil tibi qd quidem tuum dici possit esse sublatum. Nam di-  
gnitates/ imperia/ honores/ diuitie/ opes/ valitudo sunt eiusmodi: ut in ea & vis for-  
tunę/ & inimicorū impetus plurimū possit. At vero prudentia/ magnitudo/ animi  
constantia/ probitas/ virtus/ fides quoniā nostri iuris sunt: nostrocq; opere / nō alie-  
no beneficio nobis tribuunt: nullam externam suscipiunt iniuriā: neq; ullo inces-  
tunio labefactant. quæ quoniā tu te tibi tanq̄ tutissima ac firmissima contra om̄ia  
aduersos casus adiuuētā preparasti: magis tuis bonis te letari decet / q̄ aliena  
iuria dolere. Neq; vero te ex eorum numero esse nouimus / qui totus p̄deres ex  
beneficio fortunę. Quæ q̄ suis plurima in te sua indulgentia cōtulerit: & nescio an  
tantū hoc tempe in quemp̄ā nostrę ciuitatis virum. cum multo maiora atq; ampli-  
ora sint extimanda quæ tibi egregia virtute animi comparasti: in quibus nullum  
ius/ nullam auctoritatem sibi vindicari possit temeritas / aut libido fortunę. Tu

virtutes ab  
omni iniuria  
liberas esse

publicis in rebus deliberandi prudentiā cum agendi solertia coniungens: ea vite  
 integritate/ea fide semp fuisse: ut nihil præter honorem & gloriam domum referens  
 res. Quod idem si omnes facerent/tranquilliori rerum statu nostra res publica ut  
 retur. Tu pietatem in patriam/liberalitatem in amicos/in omnes beniuolentiā ex  
 hibuisti. Tu egenorum præsidium/oppressorum refugium exististi. Tu doctorū vi  
 rorum fautor & subleuator fuisse. Tu muneribus fortunę ea moderatiōe/ea mo  
 destiā/humanitate usus es: ut non illius officia in te collocata/sed virtuti & meritis  
 attributa viderent. Prætereo studia sclarum: quibus ab ineunte ætate deditus / ma  
 gnum decus atq; ornamentū doctis viris attulisti. Qui cum propter rerum graui  
 tatem/qua tibi res publica imponebat/lectioni cōtinue vacare non posses: at sal  
 tem eruditissimorū virorū vocibus/quibus domus tua referta erat aures tuę recre  
 abant. Audiebasq; præcepta atq; instituta sapientū: quibus domi forsq; obtempera  
 res. Per magna solet esse cōsolatio in aduersis/cōfirmatioq; moerentis animi: recte  
 factiorū doctorūq; cōscientia. Bene em̄ sensisse: tum publice/tum priuatim honesta  
 tem seruasse: rei publicę recte atq; ex eius cōmodo consuluisse: in ea administran  
 da fidem ac pietatem præstitisse: amicos cōsilio / egentes opibus iuuisse: nocuisse  
 nemini/ne iniuria quidē prouocatus/magnum præsidium afferre debent ad ferēdos  
 modice fortuitos casus. Hęc animū fortem atq; inuictum reddere / ferre moeros  
 rem/cōsolari in aduersis solent. Hęc veram & solidam in se cōtinent dignitatem.  
 Hęc te egregium virum & summū ciuem constituerūt. Hęc tibi summā laudem  
 & mortalem gloriā attulerunt. Hęc te quocūq; ieris prosequenti & fortunę donis  
 & omnibus vulgi fauoribus antefereḃ. Atq; harū rerum quidē possessio: quā quis  
 dem ita tua propria existit: ut neq; viuo/neq; mortuo quidē auferri queat. Erecto  
 atq; excelso anio esse debes: tam amplo/ranq; ornato cōscientię spectaculo cōten  
 tus. Quid em̄ est aliud in quo vere gloriari possumus: nisi in his quę nobis virtutē  
 tam studijs cōparauimus? Nostra em̄ ista sunt: nostro ope/cura & vigilijs parta:  
 quę a diuersum fortunę impetū ferre leuiter secundū cursum moderate docet. Cū  
 igitur habeas veluti certam atq; incōcussam sedem in qua tua mens possit cōsistere  
 reingens vicę virtutis & cōscientię theatrum: referas animū volo ad ea quę tecū ex  
 tulisti: liberalitatem/prudentiam/grauiatē/honestā cōsilia/rectum cōsiliū/  
 optimi ciuis nomen/patrię ciuitatem: cui cum semp ope & cōsilio subuenisses:  
 tum vero hoc turbulento motu/pietatem erga illam insignem atq; egregiam des  
 monstrasti. Quid loquar de studijs humanitatis: quę maxime esse adiuuato solēt  
 ad lenandās egritudines animi: atq; ad corroborandā mentem/vel exemplis/vel  
 sanctissimorū virorū auctoritate. Scis em̄ disputari ab eis/extra oēm fortunā esse  
 animū sapientis: qui cum liber sit/nulla in eum vis externa defecdit. Virtutē vero  
 summū bonū esse. Reliq; proinde haberi utq; eius sit animus qui illis utitur. Sed  
 nolo te ex illo sapientū esse numero/qui aut nusq; aut raro reperit sum: tm̄ te req  
 ro: ut te unum præstes nobis ex eis qui secundum cōem hominū vitam habent sapi  
 entes: consideretq; in primis: quatenus fortuna exercuerit in te principatū suū. Si em̄  
 lemota egritudine mentis/discurrere tecū ipe volueris: quid illa abstulerit: quidue  
 reliquerit tibi: cōperies parū quid nocuisse: aut potius profuisse. Abstulit usum  
 patrię: quam cumpe sponte sapius reliquisti. At reddidit libertatem / qua ne tum  
 esq; em̄ fruebaris cum liberimus omnū viderere. Abstulit: et anē quandā digni  
 tatis speciem/ac popularē extimatōem vulgi: qui semp miserimū quēq; foelis  
 cōsimū putat. At reliquit liberos: coniugem: diuitias: ospitatem: exoptatissimū fra  
 trem: quę tibi gratiora esse debent q̄ illa quę a demit acerba. Abstulit nescio quā  
 ciuem pompam/& statum popularē plenum molestijs/laboribus/inuidiā/vi  
 glijs & cōtinuis curis. At ea multū viri prudentissimi cōtempserūt. Harū rerum  
 amissio illis debet videri grauis/quibus bona est: quicquid ex eis quęsum facere cos

Ad ferēdos  
 fortunę cas  
 sus.

Quidē ad  
 cōmōtionē

Abstulit  
 usum patrię  
 quam cumpe  
 sponte sapius  
 reliquisti

nantur. At tibi cui ultro propter labores oblata damno atq; impedimento erant  
 minime debet esse molestum; prius his rebus/quas nulla cupiditate tenebas  
 la ambitione assequeris. Nam magis subleuande patrię gratia a te publica mu-  
 nera suscipiebant; q; aut honoris causa; aut spe commodi consequendi. Adde q; in  
 veram libertatem te fortuna restituit; cum antea premeris iniqua & miserima  
 Tertium, non dormire/non vigilare/non edere/non deambulare/nō rei priuati/  
 non amicis operam dare; non vacare animo; non tibi ipsi vel parum indulgere con-  
 cedebat. Ad nutum aliorum viuendū erat; quid quisq; diceret/ quid sentiret a iudice  
 urerendum. Indulgendū multis præter voluntatem; ne dicam equitatem; plura  
 simulanda ac dissimulanda. Vindicauit te ergo in libertatem cōmutat; hæc fortune  
 neque haud scio an ultro tibi fuerit exoptanda. Primum ut libero arbitrio poteris  
 Deinde ut amicorum fidem/ vel potius perfidiam experieris nonnullorum quibus  
 quantum credendū/ quantum fidendum esset fortunę es hinc cōsecutus. Tum autē  
 maxime ut eluceret virtus animi; que plurimum probari & p̄cipi in aduersis cōse-  
 uit. Viderant omnes quanta humanitate/facilitate/dementia/ ac equitate/ modesta  
 tuleras secundā fortunā; in qua etiam sapientiores plerūq; prolabunt. Viderant tū  
 hilo te propterea elatiorem/ aut impotentiorē factum; sed parem infimis & æqua-  
 iure viuentem. Danda ergo tibi fuit tanq; palestra fortuna que dam colluctatio;  
 in qua robur animi expertus ostenderes; etiam te per aduersam tempestatem in  
 tranquillū portum posse conscendere. Multi secundū vite cursū summa cum  
 moderatione tulerunt; at iidem resstante vento debilitant animo/atq; frangunt.  
 Alij aduersis in rebus fortes & clari viri evaserunt; qui iidem in secundis diffidunt  
 ultra q; ratio postulet elati fortunę fauoribus prouehunt. Te vero neq; prosperis  
 rebus inflatum/ aut supbientem vidimus; neq; cōtrarijs remissum/ aut abiectum  
 sed eadem equitate & volens & animo utramq; tulisse fortunam. Illa vero cogi-  
 ratio præcipuam vim habere potest ad te confirmandū. Neq; primū extitisse neq;  
 postremum fore; qui bene meritis de patria cuius fuerit expulsus. Hæc referens  
 historicorum libros eorum exemplis quos excellentes ac singulares viros in  
 multa sua res publica; cum ob res gestas summa præmia mererentur. Accidit  
 enim; ut qui alię virtutis splendorem pati non possunt; ne cōspicere quidem ve-  
 lint. Comes quippe laudis & glorię habetur inuidia; quæ eos semper torquet qui  
 ad eandem honoris amplitudinem accedere non valent; ut quos virtute imitari  
 nequeunt; obreccatione conent ac maliuolentia insectari. Quo fit; ut paucissimi  
 præstantes in re publica viri effugiant ciuiliū fluctuum tempestates. Nolo in his  
 stere domesticis exemplis; ne quam offensionem contrahat oratio. Attamen si quis  
 præterita tempora scrutet diligenter; inueniet plures egregios ciues inuidia & con-  
 tentione ciuili magis q; culpa/ e suis ciuitatibus fuisse eiectos. Sed non fuit nostris  
 lum ciuitatis hæc labe & ignominia; verum aliarum quoq; quarum facta sumus  
 moperē admiramur. Res publica Romana ( ut de Græcis sileam ac Barbaris )  
 etiam tunc cum omnium virtutum genere florentem annales describunt; hoc mor-  
 bo egritudinis laborauit. Referam paucos quo sermo effugiat fatietatem. Non tu-  
 lit sua ætas/ neq; virtute/ neq; probitate/ neq; rebus gestis Furio Camillo superio-  
 rem; hic tamen tribunorū & plebis iniquitate pulsus/ in exilium abiit; & quidem  
 eo tempore quo n. scilicet patria suo exilio egebat. Quid egerit superior Asina-  
 nus in patria ex faucibus Hannibalis liberanda; qua fuerit animi moderatione;  
 qua continentia & morum gauitate vixerit/ non est ignotum tibi; hunc tamen tri-  
 bunorū insania exulare coegit. P. Rutilius integerrimus vir fuit/ ac sanctissimus;  
 quem quia iustior videretur q; vulgi opinio ferret/ urbe eiecerunt. Cuius in hoc  
 præcipue claruit virtutis splendor; q; cum ei per Sillanam victoriam liceret in pa-  
 triam redire/ perpetuus sibi exilium elegit; recusans in eam urbem reuerti in qua

In fortuna  
 consolatur.

Proscripti  
 Romani.

plura arma / quae leges valerent. Nequicia Clodij conseruatore patriae expulsi Marci  
cum Tullium Ciceronem: quem postea gloriam solitum accepimus: se Italia huius  
meritis in patriam reportatum. Quae plures praeterea historiae memorant summos ac  
clarissimos viros similem exitum sortitos. Sed hos quatuor tantum retuli: ne mireris  
causam tuam: cum videas tot patriae conseruatores / tanta stirum meritorum praes  
mia reportasse: quibus licet neque fama hominum / neque gestarum rerum gloria par  
excitasse: eandem tamen ingratitudinis fortem perpelessis / parem quoque laudem una  
in re tibi & tuis posteris peperisti. Hoc enim tuis meritis ad sempiternam hominum  
famam censeo ascribendum: quod cum praesentibus quid aduersus te statueret: obtem  
perare tamen magistratus imperio satius duxisti: quam aut oblitescere / aut aliqua ex par  
terem publicam conturbare. Cum enim ( ut plures ferunt ) potuisses vel armis /  
vel fauore populi vim paratam propellere: rectius esse putasti / accipere quam propul  
sare iniuriam. Et quoniam tales motus nequaquam eos quos nonnulli sibi proponunt  
exitus sortuntur: more superiorum quos retuli / consulens quieti patriae / & civium tran  
quillitati: prudenti consilio passus es potius hanc repentinam procellam in te tuis  
omnes solos descendere / quam quemptam excitare tumultum / quo ciuitas in aliquo gra  
uius discrimen posset adduci. Quo uno facto non solum nostrorum / sed praesentium  
quoque hominum gloriam coequalisti. Quid enim laudabilius / quid saluti hominum ac  
commodatius: quam velle periclitari solum / ut ceteri ab imminente tempestate periculo  
saluantur? Ea unica est virtus quae alias omnes exuperat: consulere communi ocio &  
patriae hoc boni viri & praestantis ciuis officium / publicum bonum anteponeere pri  
uato. Hoc acceptissimum patrocinium: se unum pro patriae salute occumbere malle /  
quam multos perire. Hac duce virtute tuum plures aliae creuerunt: tum vero maxime ro  
mana res publica rerum potita est. Praeclarissimarum ergo virtutum praesidio septum  
non succensere / sed gratulari te potius fortiter decet: quae illa exerceo excitauit  
atque in illud certamen eduxit / quod tibi summam laudem preberet / & gratiam semper  
nam. Quae quidem duae res cum viris bonis sint maxime appetendae: virtutis enim ex  
sunt praemia: fructus bonis tuis tranquillo ac pacato animo vitens: atque ubique sus  
censibus patriam tibi dignitatem / tibi rem publicam esse putes: & quidem eo melio  
rem / quo diuturnior ac firmiter sit futura. Vale. & parce verbositate meae: quae a  
magna mea erga te beniuolentia profecta est. Rome.

Poggius florentinus Philippo suo S.D.P.

Et verbis tecum / & postmodum litteris egi: ut velles esse nobis consultor atque  
adiutor in causa Angeli de Genezano / ut fiat ciuis: cum ea conditione de qua tes  
cum locutus sum. Verum adhuc neque tentatum / neque actum est: quia nequaquam tibi  
bi / aut Serpaulo visum est tempus id poscere. Nunc constituit rem aggredi: si ac  
cedat ad tuum & aliorum consilium. Quamquam quidem nunc commode posse fieri  
ri dicant. Ideo te rogo: ut estimes non Angeli / sed meum negotium agi. Huic enim  
cupio satisfacere propter eius in me beniuolentiam. Suscipias hanc rem oro: & nos  
consilio atque auxilio adiutura. Multa potes non solum scribendo / componendoque  
hoc decretum: sed & firmando. Serpaulus tecum loquetur hac de re: duo estis  
huiusmodi rerum peritissimi / quos nihil potest fugere. Cura igitur ut intelligam  
tuam operam Angelo plurimum profuisse: quod erit mihi gratissimum. Vale.  
Rome.

Poggius florentinus Albertho suo S.D.P.

Tantum abest mihi Alberthe / ut grauer feram quae a te scribuntur: ut etiam  
maximas tibi & habeam & debeam gratias: quod me pro tua in me beniuolentia &  
charitate admonere voluisti eorum / in quibus me aberrasse in meis litteris tibi  
tratus es. Non enim sum is qui tantum meis viribus confidam: ut non aliorum quos

Patria Cof  
mi.

Excusato  
ria suscipis,